Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



p uerbum xpi. Sed dico. Numquid non
audierunt. Siquidem in omnem terram
exiuit sonus eorum. et in fines orbis terre
in illo. t. Matheum. Uerba eorum.
Ambulans ihc iuxta mare galilee. uidit
duos fratres symonem qui uocatur petrus
et andream fratrem eius mittentes rete in mare.
Erant enim piscatores. Et ait illis. Uenite
post me. et faciam uos fieri piscatores ho-
minum. At illi continuo relictis retibus secu-
ti sunt eum. Et procedens inde. uidit alios du-
os fratres iacobum zebedei et iohannem fratrem eius
in naui cum zebedeo patre eorum reficientes re-
tia sua. et uocauit eos. Illi autem statim relictis
retibus et patre secuti sunt eum. Nicolai. Sapie.
Sapientia filiis suis uitam inspirat.
et suscipiet exquirentes se. et prebit
in uia iusticie. et qui illam diligit diligit uitam.
Et qui uigilauerint ad illam complectentur
placorem eius. qui tenuerint illam uitam here-
ditabunt. et quo introibit benedicet deus.